qualia ſint æqua, & non æqua, & quales non æqui homines. Nam in quibus oportet veniam dare, æqua ea ſunt. Et errata, & iniurias non iudicare dignas æquali pœna, nec errata, & infortunia. Sunt autem infortunia, quæcunque ſunt præter rationem, & non ab improbitate. Errata verò, quæcunque non præter rationem, & non à malitia. At iniuriæ quæcunque non præter rationem, & à malitia ſunt. Quæ enim ſunt propter cupiditatem, ſunt à malitia. Et humanis ignoſcere æquum eſt: & non ad legem, ſed ad legiſlatorem reſpicere: & non ad orationem, ſed ad ſententiam legiſlatoris reſpicere: & non ad actionem, ſed ad præleclionem: & non ad partem, ſed ad totum: nec qualis aliquis nunc, ſed qualis aliquis ſemper, aut plerunque: & meminiſſe magis, quibus affectus ſit bonis, quàm malis: & bona quæ acceperit magis, quàm quæ fecerit: & patientem eſſe eum, qui iniuriam accipiat: & magis verbis velle iudicari, quàm factis: & ad arbitrium magis, quàm ad iudicium velle ire. Nam arbiter æquum intuetur: iudex verò legem, & ob id arbiter inuentus eſt, vt æquum valeat. Ac de æquis quidem, explicatio habita ſit hunc in modum.

CAPVT XIIII.

INiuriæ autem maiores, ſunt, quæ à maiori ſunt iniuſtitia. Quam ob rem et minimæ maximæ ſunt, vt Melanopum Calliſtratus accuſabat, quòd fraudaſſet tribus ſemiobolis ſacris templi conſtructores. At in iuſtitia eſt contrarium. Sunt autem hæc ex eo, quòd excellant facultate. qui enim tres ſacros ſemiobolos furatus eſt, etiam quamcunque faceret iniuriam. Ac aliquando quidem ſic maior, aliquandò verò ex noxa iudicatur. Et cuius non eſt æqualis pœna, ſed omnis minor. Et cuius nõ eſt medicina: grauis enim res eſt etiam quæ fieri non poteſt. Et cuius non poteſt iudicium obtinere is, qui paſſus eſt, quia ſub medicinam non cadit. Nam iudicium, & caſtigatio ſunt medicina. Et ſi is qui paſſus eſt, &c, ſi is, qui iniuriã accepit, ipſe ſe valde caſtigauit. Adhuc enim magis, qui fecit, dignus eſt, qui caſtigetur, vt Sophocles pro Euctemone cùm cauſam diceret, quoniã occidit ſe ipſum, qui contumeliam paſſus erat, ſe non æſtimaturum dixit minoris, quàm quo is qui paſſus erat, æſtimauit ſe ipſum. Et quàm ſolus, vel primus, vel cũ paucis fecit. Et ſæpe in eodem peccare, magna iniuria eſt.

A τὰ ὀπτικῆ καὶ ἐκ ὀπτικῆ, καὶ ποῖοι ἐκ ὀπτικῆς ἀνθρωποι· ἐφ' οἷς τε γὰρ δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ὀπτικὴ ταῦτα. καὶ τὸ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τῷ ἴσου ἀξιοῦν. μηδὲ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀτυχήματα· ἔστι δὲ, ἀτυχήματα μὲν, ὅσα παρὰλογα, καὶ μὴ ἀπὸ μοχθηρίας· ἁμαρτήματα δὲ, ὅσα μὴ παρὰλογα, καὶ μὴ ἀπὸ πονηρίας· ἀδικήματα, ὅσα μήτε παρὰλογα, ἀπὸ πονηρίας δὲ ὅτι· τὰ γὰρ δι' ἐπθυμίαν, ἀπὸ πονηρίας. καὶ τὸ τοῖς ἀνθρωπίνοις συγγινώσκειν, ὀπτικές. καὶ τὸ μὴ πρὸς τὸν νόμον, ἀλλὰ πρὸς τὸν νομοθέτην σκοπεῖν. καὶ τὸ μὴ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν τοῦ νομοθέτου σκοπεῖν. καὶ μὴ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν προαίρεσιν. καὶ μὴ πρὸς τὸ μέρος, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὅλον. μηδὲ ποῖός τις νῦν, ἀλλὰ ποῖός τις ἀεὶ, ἢ ὡς ὀπτοπολύ. καὶ τὸ μνημονεύειν μᾶλλον ὧν ἔπαθεν ἀγαθῶν, ἢ κακῶν· καὶ ἀγαθῶν ὧν ἔπαθε μᾶλλον, ἢ ἐποίησε. καὶ τὸ αὐτὸν ἀδικούμενον. καὶ τὸ μᾶλλον λόγῳ ἐθέλειν κρίνεσθαι, ἢ ἔργῳ. καὶ τὸ εἰς δίαιταν μᾶλλον, ἢ εἰς δίκην βούλεσθαι ἰέναι· ὁ γὰρ διαιτητὴς, τὸ ὀπτικὲς ὁρᾷ· ὁ δὲ δικαστὴς, τὸν νόμον· καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη, ὅπως τὸ ὀπτικὲς ἰσχύῃ. ἀεὶ γὰρ οὖν τὸ ὀπτικὸν τοῦ ἐπικαιοῦ διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

B

C

D

Κεφάλαιον ιδ.

ΑΔικήματα δὲ μείζονα, ὅσα ἀπὸ μείζονος ἢ ἀδικίας· διὸ καὶ τὰ ἐλάχιστα, μέγιστα δοξ ὁ Μελανώπου Καλλίστρατος κατηγόρει, ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβόλια ἱερὰ τοῦ ναοποιοῦ· ὅτι δικαιοσυνὴς ὄν, τοὐναντίον. ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ ὑπαρχέιν τῇ δυνάμει· ὁ γὰρ τρία ἱερὰ ἡμιωβόλια κλέψας, κἂν ὁτιοῦν ἀδικήσειεν. ὁτὲ μὲν δὴ οὕτω τὸ μεῖζον, ὁτὲ δὲ ἐκ τῆς βλάβοις κρίνεται. καὶ οὗ μὴ ὄζιν ἴση τιμωρία, ἀλλὰ πᾶσα ἐλάττων. καὶ οὗ μὴ ὄζιν ἴασις· χαλεπὸν γὰρ καὶ ἀδιώατον. καὶ οὗ μὴ ὄζι δίκην λαβεῖν τὸν παθόν τα· αἰσχρὸν γὰρ. ἢ γὰρ δίκη καὶ κόλασις, ἴασις. καὶ εἰ ὁ παθὼν· καὶ εἰ ὁ ἀδικηθεὶς αὐτὸς αὑτὸν μεγάλως ἐκόλασεν· ἔτι γὰρ μείζονα ὁ ποιήσας δίκαιος κολασθήναι· δοξ, Σοφοκλῆς ὑπὲρ Εὐκτήμονος σωιηγορῶν, ἐπεὶ ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ὑβρισθεὶς, οὐ τιμήσειν ἔφη ἐλάττονος, ἢ οὗ ὁ παθὼν ἐτίμησεν ἑαυτόν.

E

F

καὶ ὁ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μετ' ὀλίγων πεποίηκε. καὶ τὸ πολλάκις τὸ αὐτὸ ἁμαρτάνειν, μέγα.

καὶ δὲ